

tam generis dignitatē q̄ memoriā nominis nō delere: Cui Nereus respondit: Melior est virginitas: quae quando de matris tuae utero exiisti: tecum nata: tecum lactata: tecum semper fuit: a carnis corruptōe aliena: quae est deo amabilis: eiusq; angelis cara: quam p̄fecto cum quaelibet perdidit virgo: huius reatu per poenitentiā euadere potest: ipsam vero integritatē adipisci nequaquam valet. Omnis nāq; sanctitas: dum per aliquā voluptatē: aut necessitatē amissa fuerit: vel quaeq; perdita virtus: ad statum suum vel integritatē: seu ad suam gloriam per poenitentiae lachrymas recuperari & reuocari potest. Sola virginitas: si semel perierit: ad pristinae integritatis stabilitatē pertingere minime valet. Cuiq; Nereus & Achilles haec laudando: virginitatē & alia p̄ferendo: differerent plurima: quibus aeternā mereret actibus vitam: Domicilla prudētissima virgo dixit. Vtinā ad me ista dei sententia puenisset: vt nunq̄ suscepissem hominis mortalis sponsonē. Nunc vero quia vobis deus aperuit os ad lucrandū animā meā: quicquid me facere vultis: acceritate q̄torius. Quid multa: a sancto Clāmente papa cōsecrata Aureliano sp̄so cōtempo: ob hoc in Pontiana exulata est insula. Inde Terracinā adducta: nolensq; idolis sacrificare: cum Eutrusina & Theodora sp̄sis Sulpitij & Seruiliani: a Luxurio fratre Aureliani igne cremata: palam suscipere martyriū: quas sanctus Caesarius diaconus: qui etiam postea & ipse a praedicto Luxurio est martyricatus in sarcophago nouo simul cōdens sepeliuit. Haec ideo: scilicet nō fuerat hic tantū necessē loqui. Addidimus tamen quia pene quod Nereus prudentissima virgini Domicillae dixerat virginitatē perditā: de reatu posse per poenitentiā veniā cōsequi: nequaquam tamen valeret fieri virgo: sicut fuerat prius. Hoc sanctus Hieronymus Eustochio ad meliora iudiciū hortando mandare: cum omnia possit deus: suscitare virginē nō potest post ruinam. Quid enī est hic aliud posse: q̄ nō velle: quod nōnullis alijs dici poterat verbis: per quendam nanq; sapiētem dicit deo. Tu autem dominator virtutū cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia disponis. Subest enim tibi: cum volueris: posse. Ergo vbi non est velle dei: deest posse. Deus quippe vt imutabilis est natura: ita imutabilis est voluntatis: & vtiq; cum sit verax & iustus: nō illum mendaciū: neq; iniusticia decet: quia sicut nō valet mentiri: qui est veritas: ita iniustus esse nō potest: hoc est nolens iniuste facere quicq;. Nam omnia teste p̄pheta quaecūq; voluit dñs fecit in caelo & in terra: omniaq; eius iudicia iusta. Dum igit̄ niteremur ostēdere: qd̄ nolente deo fieri nō valet: & vt veridico eximioq; doctore: cui quoad viuere: in omni scientia se cōparare nemo audebat: vsurparet vaniloquijs detrahare quispiam: cepto ab ordine longius sumus digressi. Verū tamen qualis q̄tusue vir iste fuerit: solius sancti Augustini testimonio: qui velit plenus cognoscere valet. Nam cum in libro primo: quem cōtra errorem Pelagianorū scripserat: qui nuptias sine dubitatōe dicebant dānari: quod vero in eis nascere: ab omni esset liberū obligatōe peccati: & cōtra plurimos cōtra huiusmodi pestiferum dogma catholicos introduxisset testes: ita in tulit: dicens: Nec sanctū Hieronymū: quia p̄sbyter fuit cōtemnendū arbitris: qui graeco & latino insuper & hebraeo eruditus eloquio: ex occidentali ad orientālē transiens ecclesiā: in locis sanctis atq; in litteris sacris vsq; ad decrepitā vixit aetatem: cuius nobis eloquiū ab oriente in occidentem instar solis lampadis resplenduit. Omnes deniq; vel pene omnes: qui ante illum aliquid ex vtraq; orbis parte de doctrina ecclesiastica scripserant: legit: nec aliam de hac re: q̄ praedixit: tenuit: p̄missitq; sententiā. Qui cum exponeret Ionam p̄phetam apertissime dixit: qd̄ etiā paruuli peccato offensionis Adā tenerent obnoxij: Haec Augustinus in praedicto libro. Idem itaq; Hieronymus contra Celsū: Porphiriū: & Iulianū Augustū rabidos aduersus Christū canes: & cōtra insectatores ecclesiā: vel eosq; qui putant ecclesiā nullos philosophos & eloquētes habuisse doctores: magno defudauit ingenio: vt sciant quales & quāti viri eam fundauerint: extruxerint: atq; ornauerint: & desinant fidem nostrā rusticā simplicitatis arguere: suāq; potius imperitiā recognoscere. Innumeris praeterea libris apostolorū p̄phetarūq; constructionibus. Et post pauca: Nunc inquit mysteriū iniquitatis operat̄: & garrir vnusquisq; qd̄ sentit. Ego solus sum: qui cunctorū gloriā morda. Pluribus quippe ait: qui me dicunt hoc opus infāmum inuidia facibus scribere: breuiter respōdebo: nunq; me haereticis pepercisse: sed omni egisse studio vt hostes ecclesiā: mei quoq; hostes fierent. Impossibile est omnino & longū de isto viro: eiusq; distincta vite: & illius moribus retexere omnia. Vnius enī miraculi huius monasterij quoddā prisco simile: qd̄ per succedentiū relationē memoriā nōdum religio abstulit: & a religiosis viris: qui coelestis patriā amore Bethleem fuere: huc est delatū: huic cōpendioso necō sermōni. Quadā nanq; die aduersperascente: cum beatus Hieronymus vna cum fratribus (vt monachus mos est) ad sacra lectionē audiendā sedisset: & praedicta diuina declararet: subito tribus claudicans: quarto suspensus pede: ingens leo scenobij claustra ingressus est. Quo vtiq; viso fratres